UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

S. Vicelinus Episcopus, Vuandalorum et Slauorum Apostolus. cap. LVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Visual Library

deinde Orientalem, prædicationis cauſa adiit, & ſpatio ſeptem annorum, populis illis ad fidem quoqueadductis, præcipuus quoque eorum Apoſtolus uocari meruit. Trophæum eius quod manibus imperfectum reportat, habet in ſcuto cœleſtino, globulis rubeis ſeminato, duos Leopardos aureos, quod eſt ſtemma Friſiæ Orientalis nouum. *Crantzius Metrop. lib. 1. c. 3. & Saxon. lib. 2. c. 14. Molanus in indiculo, & alij.*

S. VICELINVS EPISCOPVS:
Vuandalorum, & Slauorum Apoſtolus.

Ipſe enim

Quaſi tuba exaltauit vocem ſuam; et annunciauit populis ſcelera eorum. Iſa. 58.

Cap. LVIII.

QVAE imago Ludgerum inſequitur, Epiſcopi habitu Graphonem aureum in area cærulea ad dextrã inſilientem, quod eſt Vuandalorum inſigne, manibus tenentis, ſanctum Vicelinum, ex monacho Sigebergẽſe, Aldeburgenſem Epiſcopum repręſentat, qui multis de rebus fidei per continuos triginta annos cum Slauis, & Vuandalis, ſermonibus habitis, eos tãdem ad optatam eiuſdem fidei ſemitam traduxit, idolis, & dęmoniorum templis deſtructis, & euerſis. Vnde ut eorum Apoſtolus, ab iiſdem non tantum uenerari, ſed & vocari meruit; Obiit anno Domini 1154. die 13. Decembris. *Crantzius Metrop. lib. 6. à capite 1. ad 20. & item cap. 26. Helmoldus in chronico Slauorum, & alij in Martyrologio notati.*